

Galutio, domino Bonifatio de Sala, domino Tisone de Campo Sancti
 Petri, domino Papafava de Cararia, domino Iacopino Rangono, do-
 mino Rufino de Çanicallis, domino Bertholomeo de Pallatio, domino
 Aldigerio de Fontana, domino Iocolo de Iocolis, domino Aldrevan-
 5 dino de Turclis, domino Petrocino de Menabobus, domino Rafaldo
 de Est, Petrobono notario filio Vitalis muratoris, Petrocino notario
 de Bergamo, Paganino notario filio Guidonis de Tusco, domino
 Nigrobono⁶ iudice de Ferraria, Donatino condam Marcii, domino
 10 Antonio Crosna iudice de Padua, domino Xuino iudice de Vicentia
 et aliis multis.

II. *De preceptis observandis ab omnibus civibus Ferrarie a domino
 marchione factis, et manutenendo¹ et defendendo eum.*

Iuro obedire et observare omnia et singula precepta domini Obi-
 çonis marchionis Estensis quotquot michi facta fuerint per se, vel
 15 per nuncium, vel scripturam ad suam voluntatem et intellectum. Et
 specialiter manutenere ipsum et defendere in omni suo honore et
 statu contra omnem personam et hominem. Et illos homines et sin-
 gulos, quos pro amicis habebit, serviam ad suam voluntatem et pro
 amicis habebo et tenebo. Et eos omnes et singulos toto meo posse
 20 offendam et inimicabo ad suam voluntatem et intellectum, qui erunt
 inimici domini marchionis vel sunt. Nec cum ipsis vel cum aliquo
 alio, pro eis vel eorum occasione, aliquem tractatum per me vel
 alium habebo; nec litteras vel ambaxatam aliquam recipiam ab eis,
 nec eis mittam². Et si aliquam ambaxatam aut litteram michi mise-
 25 rint, nuntium vel litteram quam michi miserint quam primum potero
 presentabo, consignabo et revelabo domino marchioni. Et non ero
 in consilio vel tractatu, quod honor domini marchionis vel iura de-
 4 v. beant mino|rari, nec alicuius alterius³ civis Ferrarie et districtus,
 qui domino marchioni obediat et sit sue partis et sit fidelis ipsius.
 30 Et si scivero vel credidero firmiter aliquem vel aliquam tractare
 volentem aliquid contra dominum marchionem, vel aliquem amicum
 ipsius, ipsi domino marchioni vel alteri persone, in cuius preiudi-
 tium fieret, quam cicius declarabo. Et ad manutenendum civitatem
 Ferrarie et districtum et ipsius domini marchionis honores et iuris-
 35 dictiones⁴, consilium et operam bona fide dabo per milites, pedites,

I. ⁶ Seguono no espunte e sbarrate con un tratto di penna.

II. ¹ Alla seconda n segue traccia di una u abrasa: sulla rasura un lieve tratto
 sempre in inchiostro rosso congiunge i due tronconi della parola. ² nec
 eis mittam] inquadrate di rosso aggiunto dalla stessa mano sul margine esterno.
³ Il segno di abbreviazione sulla b assai evanito. ⁴ iurisdictiones] sembra
 essere espunto: sono sottopuntate le lettere rsdcte.

balisterios et navigium ad totam ipsius domini voluntatem, tam cives quam extraneos. Et ad manutenendum pacem et concordiam inter cunctas gentes domino marchioni suppositas et fideles, dabo operam bona fide. Et si discordia erit inter aliquos domino marchioni subditos et fideles, dabo operam bona fide ad pacem et concordiam faciendam ad voluntatem domini marchionis. Et pro pace et concordia et bona voluntate habenda et tenenda cum omni homine et persona subdita et fideli domino marchioni, parentelam, affinitatem et amicitiam et securitatem faciam, tenebo et observabo ad voluntatem ipsius domini marchionis. Et obediam et parebo omnibus et singulis preceptis michi factis ab illis, qui electi erunt in capitaneis partis pro domino marchione. Et omnes credentias a domino marchione vel ab ipsis capitaneis michi commissas celatas habebo et tenebo ad ipsorum voluntatem. Et quociens ab ipso domino marchione vel ab ipsis capitaneis vocatus fuero, ibo et ad id, quod a me pecierint, consilium eis bona fide prestabo ad honorem domini marchionis et statum et civitatem Ferrarie et destructionem inimicorum. Et de novo propinquitatem, parentellam, affinitatem, amicitiam vel societatem cum aliquo inimicorum domini marchionis non contraham, nec habebo, nec ei aliquem dabo favorem consilium vel auxilium, nec dari faciam nec permittam. Et si quis est michi astrictus sacramento vel promissione vel fidelitatis securitate vel alterius cuiuslibet promissionis vel obligationis, ipsum penitus ab omnibus predictis absolvo et singulis, ita quod predicta omnia et singula observent et attendant in omnibus et per omnia ad voluntatem ipsius domini marchionis et eius intellectum. Et si qua seditio rumor vel scandalum vel vulneratio vel aliqua offensio acciderit vel avenerit in civitate Ferrarie vel districtu ipsius, ad ipsum dominum marchionem vel ad alium ad suam voluntatem attendam. Et ei fortiam et consilium et adiutorium bona fide cum armis et sine armis pro meo posse ad ipsius voluntatem et intellectum dabo⁵ in omnibus et per omnia. Et nullum hominem de macinata⁶ domini marchionis recipiam in vassallum, nec filium vel nepotem vassalli ipsius domini marchionis recipiam in vassallum, nisi de voluntate et licentia expressa ipsius domini marchionis, de qua licentia fieri debeat publicum instrumentum manu boni et legalis notarii, nec recipiam aliquem in vassallum, nec filium vel nepotem alicuius, qui sit vassallus alterius qui sit subditus et fidelis domino marchioni, sine licentia et voluntate ipsius domini marchionis et eius cuius vassallus erit, scripta publico instrumento.

II. ⁵ dabo] *inquadrato di rosso aggiunto dalla stessa mano sul margine interno.*
⁶ de macinata] *inquadrato di rosso aggiunto dalla stessa mano sul margine esterno.*

5 III. *Quod potestas et sua familia teneantur ob|servare et observari
facere omnia statuta data vel facta per dominum marchionem.*

Item statuimus quod potestas et sui iudices et milites et sin-
guli de familia teneantur precise observare et observari facere pro
5 efficaci statuto comunis Ferrarie, ac si in volumine statutorum co-
munis Ferrarie esset scriptum et expresse iuratum per potestatem et
suam familiam, omnia et singula ordinamenta seu statuta, que eidem
potestati vel alicui de sua familia data essent vel oblata vel missa
per ipsum dominum Obiçonem¹ marchionem Estensem per publicum
10 instrumentum vel² per suas litteras vel alio quocumque modo; et si
potestas hoc neglexerit observare, perdat pro qualibet vice de suo
sallario centum libras ferrariorum veterum; nichilominus quod fa-
ctum fuerit contra, ipso iure sit cassum et irritum et inane.

15 IIII. *Quod potestas et sui iudices teneantur observare additiones
factas statutis per dominum marchionem, et quod a statutis
cassatis per ipsum sit absolutus¹.*

Item quod dominus potestas et sui iudices et milites et omnes
et singuli de sua familia teneantur habere pro cassis et irritis
omnia et singula capitula et ordinamenta, que sunt vel erunt in vo-
20 lumine statutorum comunis, que idem dominus marchio ordinaverit
vel statuerit quod debeant esse cassa, et eidem potestati vel alicui
de sua familia denunciaverit vel denunciari fecerit quod debeant esse
cassa. Et quod dictus potestas et omnes et singuli de sua familia
teneantur observare et observari facere additionem vel additiones
25 factam vel factas alicui statuto vel volumini statutorum per ipsum
dominum marchionem; a diminutis vero² sive cassatis in toto vel in
parte per dominum marchionem se noverit absolutum.

V. *Quod si reperiretur aliquod statutum, quod repugnaret statutis
domini marchionis, illud statutum sit cassum et vanum.*

30 Item quod si statutum vel ordinamentum, consilium vel arengum
aliquod vel aliqua factum vel facta essent vel reperirentur in volu-
mine statutorum comunis Ferrarie vel alibi, que contradicerent vel

III. ¹ Obiçonem] *espunto da mano più recente (I), che sul margine esterno vi
sostituiva Açonem.* ² (ve)l] *aggiunto in interlinea sopra s(cilicet) espunto,
dalla stessa mano.*

IIII. ¹ *Le parole da quod factum fuerit contra ... della rubrica precedente fino
a questo punto sono scritte a margine in continuazione della riga 8 senza
alterazione di mano e di carattere.* ² ve(r)o] *su rasura.*

1266

repugnarent predictis statutis domini marchionis in toto vel aliqua parte ipsorum statutorum, sint cassa et vana e nullius valoris, et pro cancellatis et irritis habeantur et de cetero nullatenus observentur.

VI. *Quod potestas non possit obviare preceptis domini marchionis.* 5

Ne falsis et simulatis coloribus dominium concessum perpetuo domino nostro domino Obiçoni¹ marchioni, cuius dominium nos delectat, possit per aliquem qui esset in regimine civitatis Ferrarie infamari, sed potius in tales auctores redire operis pena discat, statuimus quod si potestas, qui per tempora fuerit sive aliquis de sua familia in publico vel privato operaretur vel daret operam circa aliqua, que derogarent dominio, iurisdictioni et imperio dicti domini marchionis, quod de civitate Ferrarie noscitur obtinere, tam consiliariorum voluntate quam sine eorum voluntate, vel si etiam non observaret et executioni mandaret quodcumque ei per dominum marchionem vel ex parte ipsius mandatum fuerit per publicum instrumentum per suas litteras vel alio quocumque modo circa ea, que fuerint et spectent ad regimen civitatis Ferrarie, vel contra eius mandatum faceret vel veniret; et si etiam aliquod mandatum domini marchionis, tam sibi potestati licitum quam illicitum videretur, per se vel per alium in consiliis vel coram sapientibus seu aliquibus civibus Ferrarie denuntiaret vel duceret producendum, propter quod possit detrahi eiusdem domini marchionis dominio vel honori, vel eidem | dari infamia quoquo modo, quod cadat continuo a regimine ipso iure, nullo tempore promovendus. Et pena amissionis et privationis tocius salarii sui regiminis feriat, comuni Ferrarie applicanda, que detractio et infamia intelligatur contrahi, fieri vel oriri solo eiusdem domini marchionis arbitrio et intellectu, et nichilominus ratum et stabile permaneat perpetuo sibi dominium et imperium iam concessum, et ad exequendum quod mandaverat per successores privati rectoris a regimine procedatur. 5 v. 20 25 30

1266 VII. *Quod dominus marchio habeat singulis annis a comuni Ferrarie mille libras imperialium.*

Statuimus quod dominus Obiçoni¹ Estensis marchio quolibet anno habeat et habere debeat a comuni Ferrarie in primis quatuor men- 35

VI. ¹ Obiçoni] *espunto da mano più recente (I) che sul margine esterno vi sostituì Açoni.*

VII. ¹ Obiçoni] *espunto da mano più recente (I), che a margine vi sostituì Aço.*

sibus incipiendo in anno novo mille libras ferrarinorum; et alias mille libras ferrarinorum in aliis quatuor mensibus sequentibus; et reliquas mille libras ferrarinorum in aliis quatuor mensibus postmodum sequentibus: et de hoc potestas Ferrarie qui est et per tempora
 5 erit, vel alter qui esset per tempora ad regimen civitatis Ferrarie, precise teneatur speciali vinculo iuramenti, ita quod de predictis solutionibus faciendis in statutis terminis nullo modo causa vel ingenio absolvi valeat, nec absolutionem debeat petere vel habere a comuni vel consilio Ferrarie, nec ab aliqua alia persona, que haberet
 10 vel habere posset potestatem vel arbitrium absolvendi. Et si de predictis vel aliquo predictorum potestas, qui est vel erit vel faceret regimen civitatis Ferrarie, absolutionem aliquam peteret, faceret vel consequeretur ex causa aliqua, generali vel speciali, in consilio vel extra, privetur ipse potestas, vel qui regeret civitatem Ferrarie, ipso
 15 iure: et pro qualibet vice condempnetur de suo salario in centum libris ferrarinorum, que aplicentur ad ipsum dominum marchionem. Adicientes nichilominus quod potestas, qui deputatus fuerit ad regimen civitatis Ferrarie, ante adventum quorumlibet terminorum solutionis faciende, per octo dies teneatur precise providere et pro-
 20 videri facere de habendis denariis, pro dictis solutionibus integre ut in statutis continetur dicto domino marchioni faciendis. Et per hoc statutum in omnibus et singulis capitulis observandis, omnibus et singulis statutis precisis et non precisis et factis et faciendis huic contradicentibus derogetur in totum. Et ego Rambertinus de Grimal-
 25 dello, imperiali auctoritate notarius et tunc domini Guitufredi de Turri² potestatis Ferrarie notarius, has aditiones proxime superius scriptas capitulo stat(utorum) domini marchionis Estensis, speciali mandato michi facto per ipsum dominum marchionem, scripsi. Quod mandatum fuit michi factum in millesimo ducentesimo sexagesimo
 30 sexto, indictione nona, die primo mensis septembris in domo domini marchionis, presentibus testibus domino Stephanino vicecomite, domino Ugolino de Medicis, Petro notario de Manço et Petrobono notario domini marchionis³.

35 VIII. *De dandis denariis domino marchioni singulis annis pro castro Adriani murando et faciando.*

Statuimus quod potestas infra quindecim dies, postquam fuerit requisitus a domino marchione Estensi, teneatur dare sigulis annis domino marchioni Estensi sexcentas libras ferrarinorum, qui per duos

VII. ² *Segue la gamba espunta di una p non compiuta.* ³ *Tutto il passo Et ego Rambertinus... marchionis] cancellato con due croci.*

bonos et legales viros electos per consilium parvum credentie
 teneantur | expendi in munimine dicti castri Adriani, ut dictum est 6
 in statutis, dictos denarios in casamentis vel domibus emendis, volun-
 tate sapientum electorum per ipsum dominum marchionem et po-
 testatem Ferrarie, vel alibi ubi dicto marchioni placuerit: et de hoc 5
 non possit potestas absolutionem petere nec absolutionem habere nec
 recipere a contione vel consilio.

IX. *Quod dominus marchio vel cui commiserit habeat cognitionem
 de omnibus questionibus que essent occasione terrarum extrin-
 securum.*

10

Statuimus et volumus quod dominus marchio vel cui commiserit
 habeat cognitionem de omnibus questionibus, que essent vel esse
 possent occasione terrarum extrinsecorum propter guerram et fru-
 ctuum dictarum terrarum et proventuum.

X. *De manutenendis¹ bonis et possessionibus domini marchionis.*

15

Statuimus quod potestas Ferrarie bona fide sine fraude, quando
 requisitus fuerit a domino marchione, teneatur omnes cavarçellanos
 Ferrarie et districtus compellere ad manifestandum omnia iura et
 possessiones, que et quas habet dominus marchio Obiço² Estensis in
 commitatu et districtu suo de suo proprio, vel in ipsum debent vel 20
 deberent venire de iure aliquo vel ex aliqua successione. Et si quis
 cavarçellanus cellaret et non manifestaret omnia iura et rationes et
 possessiones ad terminum sibi datum, que et quas dictus dominus
 marchio habet vel habere debet in terris vineis pratis nemoribus
 pascuis aquis paludibus redditibus et fictis, ut superius dictum est, 25
 in sua villa et suis pertinentiis, potestas teneatur condempnare cavar-
 çellanum et laboratorem quemlibet in vigintiquinque libris ferrari-
 norum, et quemlibet qui cum eo esset ad hoc deputatus in decem
 libris ferrarinorum.

[X.a] *De eodem.*

30

Item teneatur potestas predicto modo et forma inquirere omnia
 iura et possessiones que et quas banniti comunis Ferrarie habebant
 vel possidebant tempore banni dati, que iura data et concessa sunt

X. ¹ La seconda n scritta su rasura che occupa anche lo spazio

predicto domino marchioni per comune Ferrarie. Et teneantur omnes cavarçellani predicti et omnes qui secum erunt, omnes et singulos, qui tenent et possident de predictis iuribus et possessionibus cum suis coherentibus, dare et declarare quantitatem mansorum. Et qui contra fecerit puniatur, ut supradictum est. Et illi, qui erunt cum cavarçellanis, sint de senioribus et legalioribus illius ville.

9 [X.b] *De eodem.*

Item quod cavarçellanus et ille, qui celaret predicta vel aliquod predictorum et non manifestaret predicta, preter predictam penam solvat omnes expensas factas pro inquirenda veritate, tam in accusationibus quam in aliis expensis factis.

XI. *Statuta facta per nobilem virum dominum Obiçonem marchionem Estensem.*

Ad honorem Dei et beate Marie virginis, beati Georgii et omnium sanctorum, ad exaltationem sancte Romane Ecclesie et excelsi domini Caroli regis Scicilie, quorum devotum et fidelem se clamat dominus marchio, et ad bonum et securum statum domini marchionis et comunis Ferrarie, vir nobilis dominus Obiço¹ Dei et apostolica gratia Estensis et Anchone marchio, perpetuus dominus civitatis Ferrarie, auctoritate sui domini et voluntate omnium et singulorum existentium in plena contione civitatis Ferrarie, ad sonum | campane in platea eiusdem civitatis Ferrarie more solito congregata, infrascripta statuta et banna fecit in² millesimo ducentesimo sexagesimo nono, indictione duodecima, die veneris penultimo mensis novembris³.

[XI.a] *De eodem.*

In primis statuit et precepit et bannum imponit dictus dominus marchio, quod nulla persona civitatis Ferrarie vel forensis levet aliquem rumorem, scandalum, vel aliquid aliud faciat in platea vel aliqua parte civitatis, burgorum et districtus Ferrarie, dicendo: Ad arma, ad arma; vel: Mora, mora, vel alia verba inducencia scandalum vel rumorem, propter que possit turbari honor et bonus status

XI. ¹ *Espunto da mano più recente (I) che a margine vi sostituì Aço.* ² *Nell'interlinea leggesi va.* ³ *Nell'interlinea leggesi cat da congiungersi con il va precedentemente rilevato, per formare la parola vacat. Sono ambedue della stessa mano (I) che esegue le sostituzioni di Obiço con Aço.*

domini marchionis et comunis Ferrarie, vel propter quod daretur ad campanam pallacii domini marchionis, vel propter quod octingenti pedites electi ad arma traherent. Et qui contra fecerit vel facere presumpserit, personaliter puniatur, perdendo personam, et ipsius bona omnia publicentur, que deveniant in comuni. 5

[XI.b] *De eodem.*

Item quod pedites electi ad portas civitatis et burgorum Ferrarie, vel qui i(m)posterum eligentur, teneantur et debeant, quotiens de die vel de nocte daretur ad campanam pallacii domini marchionis, cum armis suis trahere ad capitaneos sibi datos vel dandos i(m)posterum publice per dominum marchionem vel eius vicecomitem¹, vel illum² quem loco sui dominus marchio publice deputasset per publicum instrumentum, nec abinde discedere³ sine ipsorum licentia. Et qui contra fecerit in persona et avere puniatur, perdendo personam et tamquam inimicus domini marchionis et comunis Ferrarie habeatur. 10 15

[XI.c] *De eodem.*

Item quod illi qui deputati sunt per contratas tempore rumorum, pro quibus centum millites et octingenti pedites electi deberent trahere ad arma, teneantur et debeant esse et stare cum suis armis per suas contratas segregati et non coadunati, et ire videndo si centum milites et octingenti¹ pedites bene cum armis traxerint ad domum domini marchionis, aut si aliqui, qui non essent de electis, traherent ad arma², aut si aliqua coadunatio hominum fieret cum armis vel sine ultra³ decem ad domum alicuius, aut in aliquo loco civitatis Ferrarie vel burgorum, et illos de centum millitibus et octingentis⁴ peditibus qui non traherent, aut de non electis arma capientes⁵, aut se de domibus moventes, aut congregatos ultra decem ut dictum est, denunciare domino marchioni ipsa die. Et qui in aliquo predictorum contra fecerit, in persona et avere puniatur perdendo personam. 20 25 30

[XI.d] *De eodem.*

Item quod non liceat alicui capitaneo licentiam concedere alicui pro aliqua excusatione vel causa, non veniendi et non trahendi cum

[XI.b] ¹ La e finale sormontata da segno di abbreviazione è scritta su rasura.
² La u con abbreviazione è stata ricavata da una i sormontata da piccola rasura. ³ La i scritta su rasura.

[XI.c] ¹ La e corretta su i. ² La seconde a soprascritta in termine di riga.
³ La t sormontata da abbreviazione sembra essere non di prima stesura, ma aggiunta poi. ⁴ La e corretta su i. ⁵ La e corretta su r.

aliis de die vel de nocte; et qui licentiam concesserit eadem pena puniatur, qua puniendus foret ille cui licentiam concesserit.

[XI.e] *De eodem.*

Item si contingat dominum marchionem contra centum milites
5 electos aut contra octingentos pedites aut custodes portarum et
pontis aut contra illos qui deputati sunt morari per contratas aut
contra aliquam aliam personam inquisitionem facere, et ex ipsa
inquisitione de eis aut aliquo eorum condemnationem facere scribi,
7 et scrip|tam mitteret, quod potestas, qui per tempora erit in regi-
mine Ferrarie aut fuerit, teneatur et debeat illam condemnationem
10 et condemnationes facere et publicare et exigere pulcatas, que
ad utilitatem comunis Ferrarie convertantur, et non obstante statuto
quod loquitur super compensationibus faciendis.

[XI.f] *De eodem.*

15 Item quod nulla persona civis Ferrarie, vel forensis, in Ferraria
et districtu vel extra, faciat vel presumat facere aliquem tractatum,
zuram vel conpirationem contra honorem et bonam statum domini
marchionis¹ comunis Ferrarie. Qui contra fecerit vel presumpserit et
aliquo tempore venerit in forcia domini marchionis et comunis Fer-
20 rarie, volumus quod ille qui esset ad regimen teneatur ipsum punire
personaliter, incontinenti cum ei iniunctum fuerit per dominum
marchionem, et eius bona omnia in comuni Ferrarie publicare. Quod
tractamentum, zuram et conpirationem teneatur potestas, qui pro
tempore fuerit, aut officio aut mandato domini marchionis inquirere.
25 Et si inquirere non posset, de ea credat domino marchioni, quic-
quid sibi dixerit vel mandaverit, et teneatur punire eos quos do-
minus marchio ei diceret².

[XI.g] *De eodem.*

Item quod centum milites et octingenti¹ pedites electi mandato
30 domini marchionis, vel qui l(m)posterum eligentur, teneantur et de-
beant, quotiens de die vel de nocte daretur ad campanam pallacii
domini marchionis, cum suis armis trahere ad capitaneos sibi datos,
et ipsi capitanei et ipsi electi trahere ad dominum marchionem, si
esset in civitate Ferrarie, et si non esset in civitate, trahere ad eius

[XI.f] ¹ Omesso et.

² Sul margine esterno di mano più recente (II); Nota.

[XI.g] ¹ La e corretta su i.

aliis de die vel de nocte; et qui licentiam concesserit eadem pena puniatur, qua puniendus foret ille cui licentiam concesserit.

[XI.e] *De eodem.*

Item si contingat dominum marchionem contra centum milites
5 electos aut contra octingentos pedites aut custodes portarum et
pontis aut contra illos qui deputati sunt morari per contratas aut
contra aliquam aliam personam inquisitionem facere, et ex ipsa
inquisitione de eis aut aliquo eorum condemnationem facere scribi,
7 et scrip|tam mitteret, quod potestas, qui per tempora erit in regi-
mine Ferrarie aut fuerit, teneatur et debeat illam condemnationem
10 et condemnationes facere et publicare et exhigere publicatas, que
ad utilitatem comunis Ferrarie convertantur, et non obstante statuto
quod loquitur super compensationibus faciendis.

[XI.f] *De eodem.*

15 Item quod nulla persona civis Ferrarie, vel forensis, in Ferraria
et districtu vel extra, faciat vel presumat facere aliquem tractatum,
zuram vel conspiracyem contra honorem et bonam statum domini
marchionis¹ comunis Ferrarie. Qui contra fecerit vel presumpserit et
aliquo tempore venerit in forcia domini marchionis et comunis Fer-
20 rarie, volumus quod ille qui esset ad regimen teneatur ipsum punire
personaliter, incontinenti cum ei iniunctum fuerit per dominum
marchionem, et eius bona omnia in comuni Ferrarie publicare. Quod
tractamentum, zuram et conspiracyem teneatur potestas, qui pro
tempore fuerit, aut officio aut mandato domini marchionis inquirere.
25 Et si inquirere non posset, de ea credat domino marchioni, quic-
quid sibi dixerit vel mandaverit, et teneatur punire eos quos do-
minus marchio ei diceret².

[XI.g] *De eodem.*

Item quod centum milites et octingenti¹ pedites electi mandato
30 domini marchionis, vel qui i(m)posterum eligentur, teneantur et de-
beant, quotiens de die vel de nocte daretur ad campanam pallacii
domini marchionis, cum suis armis trahere ad capitaneos sibi datos,
et ipsi capitanei et ipsi electi trahere ad dominum marchionem, si
esset in civitate Ferrarie, et si non esset in civitate, trahere ad eius

[XI.f] ¹ Omesso et. ² Sul margine esterno di mano più recente (II): Nota.

[XI.g] ¹ La e corretta su i.

* vicecomitem vel ad alium, quem loco sui dominus marchio publice deputasset, et obedire preceptis et madatis ipsius domini marchionis vel eius vicecomitis vel alterius, quem dominus marchio deputasset, et stare in locis et postis eisdem assignatis per ipsum dominum marchionem, vel eius vicecomitem, vel alium locum¹ eius deputatum, 5 nec abinde discedere sine eius licentia; et qui contra fecerit in persona et avere puniatur perdendo personam, et tamquam inimicus domini marchionis et comunis Ferrarie habeatur. Et quod nulla persona civis vel forensis ad arma trahat, vel se moveat de convicia sua, nec ad aliquem de Ferraria vel forenses trahat. Qui 10 contra fecerit habeatur pro inimico domini marchionis et comunis Ferrarie, et tamquam inimicus in persona et avere puniatur perdendo personam.

[XI.h] *De eodem.*

Item quod nulla persona civis vel forensis faciat vel recipiat 15 aliquam coadunationem hominum, civium vel comitatorum vel forensium, ultra decem ad domum suam vel in aliqua parte civitatis vel districtus Ferrarie, tempore alicuius rixe vel rumoris. Qui contra fecerit, si fuerit milles, puniatur in duobus millibus libris ferrarinorum; si vero pedes, in mille libris ferrarinorum: et qui 20 solvere non possit, amputetur ei unus pedum. Et ille, qui in dicta coadunatione fuerit, condempnetur in persona et avere perdendo personam, ut in precedenti capitulo continetur.

[XI.i] *De eodem.*

Item quod propter aliquam rixam, scandalum vel rumorem qui 25 fieret in civitate Ferrarie vel burgis, aliqui comitatini vel cives, qui essent tunc in villis, qui non essent de electis, | vel aliqui forenses 7 v. non audeant vel presumant cum armis vel sine armis trahere ad civitatem Ferrarie, sed in suis villis maneant, non facientes coadunationem aliquam. Et si quis contra fecerit, si fuerit miles puniatur 30 in mille libris ferrarinorum, si pedes in quingentis libris ferrarinorum.

[XI.l] *De eodem.*

Item quod quicumque erit in regimine civitatis Ferrarie per tempora teneatur precise semel in anno electionem facta de octen- 35

[XI.g] ¹ Così per loco.